



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Virginvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

vel à collegio patrum, vel si habet auctoritatem à lege, quia ista durat, perseuerat & ipse, secundum Pan.in ca. i. ne sed. vac.alii. Inno. securus est, si factus est à priore, episcopo, abbate, vel alio praelato, quia non durat eo moriente. Cessat etiam vicarij potestas, episcopo excommunicato. Pan.in ca. i. de offic. leg. Intellige secundum quosdam re integra: quia idem iudicium est, sicut de elegato, secundum Pan.in c. licet. de offic. delega. Secus autem quodam res non est integra, secunda loan. And. in d.c. i. de offic. vic. Not. etiam secun. Pan.in c. volente. d.of. del. posito vno vicario, reliquias non remouetur; licet contrarium tenuerit lo. Cal.

VINDICATIO.

VINDICATIO una est, quae per iudicem, vel superiorē exercetur secundum quod iura disponunt diuina, vel humana, & si fiat secundū rectā intentionem, est actus bonus à virtute procedēs. Altera, quae fit, seu appetitur à persona priuata, & quantum ad actū vindicandi illicitu, est priuata persona, nisi propter defensionem cū moderatione, ut supra, Homicidium. §. 3. Est enim actio habētis potestate super eum, qui punitur. Quatuor autem ad appetitum nō est peccatum appetere vindictā, id est, iustā punitionem malorum hoc est enim appetere iustitiam, dum modō nō appetatur ex odio, vel gratia satiandi animū, vel alio malo fine, sed vel propter correctionē delinquentis, vel vt alij timeāt, vel propter bonū pacis, & huiusmodi: aliter vindicātes se, vel vltionē appetentes, & nō prædicto modo, mortaliter peccant, nisi ex imperfectione actus vel in re parua. Protest etiā quis quærere vltionē de propria iniuria, quando redūdat in vicu. perium Dei, sicut fecit Siluerius Papa, qui excommunicauit eos, qui cū exulem fecerant fieri. 23. q. 4. c. Guiliarius vel quando vergit in detrimentū animatum, vel in scandalū: quia non est contra charitatem, alias patienter ferre laudabile est. c. tu bonus tolera. 27. q. 4. Malū ad exercitiū honorū à Deo permittuntur, id est patiētē tolerādisunt.

VINUM.

VINUM non bibentes, ordinari ad sacerdotium non possint. Ex enim quod vinum abhorrent, possent vomere sacramentum. ar. in c. si quis per de conf. dist. 1.

VIRGINITAS.

VIRGINITATEM seruare nō solū est licitum, sed laubabile, non quia sit præceptū, sed consiliū, iuxta illud Apost. De virginibus præceptum domini nō habeo, consiliū autē do. Et quia posset quis obijcere præceptum Dei, scilicet, crescere, & multiplicamenti, &c. dicitur, quod sufficit hoc ab aliis quibus adimpleri, & nō est necessē ab omnibus. Imō expedit aliquos cœlibē vitam ducere: vt vacent cōtemplationi. Quinimō cæteris paribus, virginitas præfertur coniugio. secundū Tho. secunda secundā. q. 152. a. 4. Præceptū enim illud multitudini, non singulis datum est.

² VIRGINITAS non perditur, si virgo dormiens violetur, dummodo quando iuit dormitum, hac intentio nō iuerit: nec si vi opprimatur, dummodo non cōsentiat in tale delectationē, licet sentiat eā: neque dum patitur seminis fluxū, dummodo renitatur quantum potest, etiā q. corporalem habeat delectationem. Nam virginitas principali cōsistit in deliberata voluntate, nō experiendi venereum delectationē, quae sentitur in emissione semenis.

VIRGINVM

consecratio.

¹ VIRGINVM cōsecratio solum ad Episcopum pertinet, cui ecclesia cura committitur, & in tali consecratione confertur gratia: secundum Tho. 4. sent. d. 3. 8. q. r. nisi sit obex: non ex vi sacramenti: quia sacramentum nō est, sed ex opere operantis.

² MULIERES virgines mente, sed corpore corruptas (quia violenter, siue dormientes, siue aliter fuere corrupte) non debent cōsecrari, quāvis virginitatem nō perdiderint formaliter: quia ecclesia tātūm de exterioribus iudicat, & ad hoc est cap. ille. 32. q. 5. Quae autē corpore incorruptae sunt, licet mente

O S fint

VISITATIO. VNCTIO.

Sunt corrupte, & etiam actualiter in somno, vel vigilia corruptione passae fuerint: quia tamen corporis habet integratatem, consecrati possunt, sunt enim in statu virginum secundum ecclesiarum iudicium, quod de apparentibus iudicatur.

³ Q. v. I D A M verò propriet vitandum scandalum, quando faciat sunt corporaliter corruptæ, consecrati eas mutantes verba virginitatis in verba castitatis, qd fieri non debet, quia propriet vitandum scandalum, non debet sacramenta, vel sacramentalia visitari: possunt tamen benedici, dicendo illas orationes, & faciendo illas ceremonias, quod non sunt de substânia consecrationis, mutato nomine virginitatis in nomine continentiae, vel castitatis, consecrati autem nullo modo possunt: quia talis fictio sacramentalibus est iniuriosa.

⁴ P ossunt velari in die Epiphaniæ, in natalibus Apostolorum, per totam hebdomadâ resurrectionis, omni die dominico: ut no. in. §. vel am. 20. q. 1. in articulo mortis omni die c. deuotus. 20. q. 1. Secundum aliquos in solennibus festiuitatibus possunt velari, nec ante 25. annum c. placuit. 20. q. 1. Viduis autem potest dari velu, sed non cum illa solemnitate: quia semiplena continentia in illis est.

VISITATIO.

¹ V isitare possunt omnes habentes ordinariâ iurisdictionem: vt Episcopi, Archiepiscopi, Archidiaconi, decanii, abbates, & prælati religionum, legali Apostolica sedis quibus comittitur vel à Papa, vel ordinariis: vt in c. Romana, de cen. libr. 6. ds offic. ot. c. conquerente, de officio archi. c. mandamus de stat. mo. c. pe. & si. c. inter cetera. de offi. ordi.

² D e ordine, quem visitator debet tenere, in d. c. Romana, constat, quomodo debet proponere verbū Dei, deinde inquirere de vita & cōuersatione ministrantium in ecclesijs, & de alijs, quod spectant ad officium, in d. c. Romana. Religiosi sua sequantur instaurata, & confuctudines: vt in d. cap. Romana.

³ V isitator à locis visitatis, & nō ab alijs, potest accipere procuratio-

nem pro vietu illius diei, sive in vicariis, sive in pecunia, & quod tantum vna procurationem recipiat vnde, etiam quod plures ecclesijs visitib; & si aliter accipiat istis non concurredit, tenetur infra mensum restituere in duplum ecclesiæ, à qua accepit, alioquin patriarchæ, Episcopi, Archiepiscopi, sunt ipso facto interdicti ab ingressu ecclesiæ, inferiores vero h[ab]it[ur] sunt suspensi ab officio, & beneficio, donec in duplum restituant, nec valet remissio, vel dantum liberalitas, seu grātia, eos liberare, nisi restituant, c. exigit, Felicis de cen. in 6. legati tamen vnde hoc, possunt accipere expensas quas certunt in equis, & vestibus, & huiusmodi, dum vadunt ad viciādum; & etiam nuncij Apostolici: secundū Pan. in c. procurationem, de cen. a munere autem, quod prohibetur accipi, excepit Host. clementum, & poculentum, & xenia, quod sunt munera, que hospibus datur, quod nō extenduntur ad munerum qualitatē, & de off. proc. loquent, quod limitat Ioan. Mo. si sunt ibi aliqua comedenda, si aut sunt portanda, vt capones, confectiones, & huismodi, periculum est, si ibi circa fin. Neq; officiales visitatoris aliquid reperi ratione visitationis debent.

⁴ A R C H I E P I S C O P I S & Episcopis possunt visitare monasteria exempta, nisi super hoc habeant priuilegium, capi. Sopita, de referi. Possunt & visitare hospitalia, si sunt loca religiosarv quia constructa sunt, & instituta auctoritate Episcopi. Si aut clarum est, quod non sunt religiosarv, & qui institutio est viuens, nō poterunt visitare sine licentia instituentis. Si verò mortuus est, & voluit remanere hospitale, poterunt visitare, c. vi iuxta de offi. ord. Tunc enim habet formam, & statum loci p[ro]p[ri]etatis.

V N C T I O.

V N C T I O extrema, quod est factum, non est de necessitate salutis, si quis tamen nō accipit, quia contemnit, mortaliter peccat, non minus, quia contēnens quodcumq; aliud ecclesijs mandatum: vt dicit Caiet. ibi in fin. quia contemptus ybiq; damnable.

⁵ Hoc

